

6.

Н А К А З Ъ,

ДАННЫЙ

ПОСЛУ ПАПЫ

ГРИГОРІЯ XIII,

РУДОЛЬФУ КЛЕНХЕНУ,

ПРИ ОТПРАВЛЕНІИ ЕГО ВЪ МОСКВУ,

КЪ ЦАРЮ

ІОАННУ ВАСИЛЬЕВИЧУ.

1576 г.

СО Д Е Р Ж А Н І Е

Кардиналь МОРОНЬ, Легатъ при Дворѣ Императора МАКСИМИЛИАНА, по повелѣнію Папы ГРИГОРІЯ XIII, отправляя въ Москву Посла, РУДОЛЬФА КЛЕНХЕНА, въ семъ Наказѣ поспавляетъ ему въ обязанность: увѣрить Царя ІОАННА въ особенной любви и пріязни ГРИГОРІЯ, и склонить Его къ дружественному союзу съ престоломъ апостольскимъ; убѣждать Государя къ приятию соединенія съ Западною Церковію, также склонить Его къ союзу съ Монархами Европы и съ Персидскимъ Шахомъ, для пораженія, общими силами, враговъ Христіанства, Оттомановъ.

Reverendo, nobis dilecto, Domino Rodulpho Clenchen, Sacrae Theologiae Doctori.

Reverende, nobis dilecte! Superioribus diebus, cum Oratores Magni Ducis Moscovitarum, ad Serenissimum Imperatorem Maximilianum missi, Ratisbonam pervenissent, quo nos quoque apud eamdem Caesaream Majestatem et Conventum Imperatoris, sanctissimi Domini Nostri Gregorii XIII et apostolicae sedis Legatum agimus; visum est nobis, qui pro nostri officii munere, omnem de Christiana Republica bene merendi opportunitatem libenter amplectimur, Oratores potentissimi et Christiani Principis, per unum ex familiaribus nostris salutare, eisque omnia officia nostra amanter deferre, tum etiam de Summi Pontificis erga illorum Principem voluntate ea commemorari mandavimus, quae opportuna videbun-

Почтенному и возлюбленному Господину Рудольфу Кленхену, Священнаго Божесловія Доктору (18).

Почтенный и возлюбленный нашъ! Недавно, когда Послы Великаго Князя Московскаго, отправленные къ Свѣплѣйшему Императору Максимилиану, прибыли въ Регенсбургъ, гдѣ и мы въ званіи Легата Свѣплѣйшаго Отца нашего, Папы Григорія XIII и апостольскаго престола, находимся при Особѣ Его Величества и Императорскомъ Сеймѣ (19): мы, по самой обязанности своей, желая не упустишь никакого благопріятнаго случая, кланяющагося къ благу Христианства, рѣшились воспользоваться и предстоящимъ (20). И пакъ поручили мы одному изъ своихъ повѣренныхъ, поздравивъ сихъ Пословъ Мо-

tur. Illi vero et amoris nostri significationem grato animo, ut par erat, acceperunt, et eam esse Principis sui mentem demonstrarunt, ut non solum cum Serenissimo Caesare, sed cum aliis et Regibus et Principibus Christianis amicitiam et foedus inire cupiat; quare pergratum Illi fore, si a Romano Pontifice Nuntii mitterentur, ejus rei tractandae causa. Atque haec quidem omnia nota tibi sunt, qui et cum familiari nostro in illo colloquio interfuisti, et verbi, nobis ita volentibus, particeps fuisti.

Cum igitur quae ab Oratoribus de ineundo foedere dicta

гущественнѣйшаго Московскаго Самодержца, дружелюбно предложивъ имъ всѣ наши услуги, и вмѣстѣ съ тѣмъ, увѣривъ ихъ въ благорасположеніи Верховнаго Первосвященника къ ихъ Государю, какъ по будетъ прилично. Сіе дружеское изъясненіе приняли они съ должною благодарностію, и при томъ объявили, что Государь ихъ имѣетъ намѣреніе вступитъ въ дружественный союзъ, не только съ Свѣплѣйшимъ Императоромъ, но и съ другими Государями Христіанскими, и потому весьма пріятно будетъ Ему, если Римскій Первосвященникъ оправитъ къ Нему Пословъ своихъ, для совѣщанія о семъ дѣлѣ. Всѣ сіи обстоятельство извѣстны тебѣ; ибо ты самъ, по назначенію нашему, вмѣстѣ съ нашимъ повѣреннымъ, лично участвовалъ погда въ переговорахъ съ Послами.

Увѣрившись, въ послѣдствіи времени, въ истинѣ По-

erant, cum iis, quae Caesareae Majestati et verbo et scripto retulissent, consentire videremus; cumque nobis de Sanctissimi Domini nostri pastoralis sollicitudine constaret, cujus Sanctitas nihil optat vehementius, quam ut Christiani corporis membra, in unam et fidei et animorum consensionem coalescant, decrevimus his initiis insistere, atque his ita constitutis, longius progredi. Quare ad Ipsum Magnum Moscovitarum Ducem scripsimus, litterasque per eundem familiarem nostrum Oratoribus Moscovitis misimus, petentes, ut eas secum deferrent et ipsorum Principi redderent. Illi vero se magnopere excusarunt, quod ex Principis praescripto, nullas eis, praeter Caesareas, litteras a quoquam accipere liceret,

сольскихъ рѣчей, опиноспельно союза, пакже и въ помѣ, что опзывъ ихъ тообразень, во всей почности, и съ словесными и съ письменными ихъ представлѣніями Императору; а съ другой спороны, зная паспырскую заботливость Святыишаго Владыки нашего, съ которою онъ поспавляетъ прѣвыше всѣхъ своихъ желаній, чптобы всѣ члены Христіанскаго плѣла были соединены союзомъ вѣры и единомыслія: по таковымъ побужденіямъ, поспавнови мы, съ добрымъ началомъ сего предпріятія поспупить далѣе, И пакъ рѣшились сперва написать къ самому Великому Князю Московскому, и письмо свое, чрезъ тогоже повѣреннаго, опсправили къ Московскимъ Посламъ, прося ихъ, взять оное съ собою, и доставить своему Государю. Но они опказались опъ исполненія сего посредничества, пѣмъ, что, по особому повелѣнію

Verum cum ob eam causam a publici boni cogitatione non discederemus, atque in ea cura versaremur, ut alia tandem viâ nostrae litterae in Moscoviam perferrentur, ecce interea nobis a Sanctissimo Domino nostro redduntur litterae, quibus mandat, ut virum aliquem idoneum et spectatae fidei in Moscoviam primo quoque tempore mittamus, qui Breve apostolicum Magno illi Principi, Sanctitatis suae nomine, tradat, et caetera, quae ad fidelis et diligentis Nuntii munus pertinebunt, ex mandatorum formula, quam accuratius praestet.

Государя, не дозволено имъ приниматъ писемъ ни отъ кого, исключая одного Императора.

И между тѣмъ, какъ сіе препятствіе не только не остановило нашей рѣшительности, содѣйствовать общему благу, но заставляло насъ употребить тѣмъ большее стараніе, непременно переслать какимъ либо образомъ письмо свое въ Москву, — получили мы отъ Святейшаго Владыки повелѣніе, сколь можно поспѣшише, послать въ Россію способнаго и благонадежнаго мужа, поставивъ ему въ обязанность, вручивъ, отъ имени Его Святейшества, Великому Князю апостольскую грамоту (21), и по даннымъ ему наставленіямъ, въ разсужденіи и другихъ предметовъ, дѣйствовать со всею осторожностію, какъ пребуеетъ долгъ посланника вѣрнаго и рачительнаго.

Quoniam vero Sanctissimi Domini nostri consilia in hac Nuntii profectioe eo potissimum respiciunt, ut non solum Magnus ille Princeps cum apostolica sede, adversus communem hostem Turcam, amicitiae foedere copuletur, sed (quod multo gravius et praestantius est), etiamsi fieri possit, Ecclesiastica unitate colligetur, ut tanta et tam illustris Christiani corporis portio, in unam membrorum omnium communionem conspirans, apte et venustissime cohaereat: sane ad eam rem efficiendam, quae hujus negotii tanquam basis est, viro Theologo et in divinis litteris exercitato valde opus esse videbatur. Quocirca cum tu Theologus sis, et in ea facultate explicanda, in insigni Gymnasio publico, magna, sicuti audivimus, cum laude verseris; cumque nos praeterea de tua varia et multiplici doctrina, prudentia, probitate et multarum rerum experientia, partim a viris gravibus, et fide dignis multa acceperimus, partim nos ipsi in privatis colloquiis perspexerimus, ut

Намѣреніе Святѣйшаго нашего Владыки, въ опшравленіи сего посольства, особенно къ тому клонился, чтобы Великій Государь Россійскій не поклою союзомъ дружбы соединенъ былъ съ апостольскимъ престоломъ пропивъ всеобщихъ враговъ, Турковъ, но (что гораздо важнѣе) чтобы, если возможно, преклонилъ Его и къ соединенію съ самою Церковію, дабы споль важная и превосходная часпъ Христіанскаго плѣла, такъ сказавъ, соединилъ въ единый составъ съ прочими членами, и дѣйствовала въ совокупности и согласіи съ ними. И потому для успѣшнаго совершенія сего дѣла, которое само по себѣ споль важно, конечно потребенъ мужъ съ отличными свѣденіями въ Богословскихъ наукахъ и въ исполкованіи Слова Божія. А мы весьма много слышали о тебѣ, что ты Богословъ искусный, и занимался съ поху

merito sperandum sit, te pro tua erga apostolicam sedem observantia et Religionis zelo, utilem ac fidelem operam in hac tua legatione praestitutum; praesertim cum jam et illas, sicut intelleximus, regiones alias peragraveris, et aliquandiu apud illas fueris, moresque nationis notaveris, et nonnullam quoque linguae notitiam tibi comparaveris: ob eas causas te potissimum delegimus, quem Sanctissimi Domini Nostri Nuntium ad Serenissimum et Magnum Ducem Moscovitarum mitteremus. Tuae vicissim partes erunt, ita omnia non solum recte atque integre, sed solerter ac vigilantanter agere, ut et Summi Pontificis desiderio cumulate satisficias, et expectationem nostram egregie sustineas.

валою преподаваніемъ сей науки въ знаменитомъ общеспвенномъ училищѣ. Сверхъ того, по опытамъ знапныхъ и заслуживающихъ довѣріе лицъ, дѣйствительно знаемъ, что вы, при многообразныхъ познаніяхъ своихъ, одаренъ благоразуміемъ, чеспносію, опытносною, въ чемъ и сами мы удосповѣрились въ часпныхъ бесѣдовапійхъ съ побою. По симъ обсподпельспвамъ, безъ сомнѣнія, можно надѣяться, что вы, и по преданности своей къ апостольскому пресполу, и по ревности къ вѣрѣ, ознаменуешь посольство свое подвигами пользы и вѣрности. И поелику вы, какъ намъ извѣсно, посѣщаль уже нѣкоторыя памощнія обласпп, и обращаясь съ жпщепями оныхъ, успѣль не только познакомпться съ ихъ нравами, но узнать и самый языкъ ихъ; по тебѣ преимущеспвенно и избрали мы Посломъ Свяпѣйшаго Влады-

ки нашего, для отправленія къ Свѣплѣйшему, Великому Князю Московскому. Такимъ образомъ предположь тебѣ важная обязанность, дѣйствовать на семъ поприщѣ вѣрно и правдиво, съ ревностію и оспорожностію, чптобы могъ ты вполне удовлетворить желаніямъ Верховнаго Первосвященника, и вмѣстѣ съ тѣмъ оправдать и наши чаянія.

Quamprimum igitur, Angelo Dei comite et ductore, in Moschoviam perveneris, et in Magni illius Ducis conspectum veneris, reddes Ejus Serenitati Breve Sanctissimi Domini Nostri, et litteras nostras, in quibus et novitatem de te, et de tuae legationis munere meminimus, quarum exemplum, sicut et Pontificii Brevis, tibi dari jussimus, ut inde non parvam eorum, quae dicenda sunt, materiam haurire, et ad eandem sententiam orationem tuam dirigere et conformare possis.

И пакъ, сопутствуемый и охраняемый Ангеломъ Божиимъ, коль скоро придешь ты въ Москву, и предстанешь предъ лице Великаго Князя, вручи Его Величеству грамопу Святѣйшаго Владыки, пакже и наше письмо, въ которомъ мы упоминаемъ и о тебѣ и о цѣли посольства моего. Мы велѣли дать тебѣ и особый списокъ какъ Папской грамопы, пакъ и нашего письма, для того, чптобы ты удобнѣе могъ заимствовать изъ нихъ предме-

Postquam vero paternam et apostolicam Sanctitatis suae benedictionem Ejus Serenitati fueris impertitus, illud copiose expones, quod cum Sanctitas sua multorum sermone et celebri fama cognoverit, Ejus Serenitatem praeclaram quamdam erga Apostolicam sedem et S. Romanam Ecclesiam voluntatem prae se ferre, et pio et salutari affectu Cathedram illam venerari, in qua Christus Dominus visibile totius Ecclesiae Caput, Vicarium suum, Beati Petri successorem collocavit; tum ea quoque ejus Sanctitas saepe audierit, Principem illum esse potentissimum, qui multis populis et nationibus bellicosissimis, longissimo terrarum tractu, late dominetur, qui complures et clarissimas victorias de Christiani Nominis inimicis reportaverit, qui bellicarum rerum disciplina excellat, qui denique militari fortitudine, gubernandi

пы для совѣщаній, и въ предспавленіяхъ своихъ изъясняться сообразно съ мнѣніемъ нашимъ.

Объявивъ Его Величеству опеческое и апостольское благословеніе Святейшаго Олца, при семъ случаѣ долженъ пы изложитъ проспраннѣе, что Его Святейшесству извѣстно, по слухамъ и по разсказамъ многихъ лицъ, сколь отличное благорасположеніе Его Величество являетъ къ апостольскому сѣдалищу и св. Римской Церкви, и съ какимъ благоговѣніемъ и любовью члпятъ Онъ пощъ прѣсполь, на которомъ Господь Иисусъ Христосъ пославилъ Намѣстника Своего, преемника блаженнаго Апостола Петра, видимаго Главу Вселенской Церкви (22). Скажи также, что Его Святейшесству извѣстно и по, сколь могущественъ Государь Россійскій, обладающій народами многочи-

prudentia, animi magnitudine, omnibusque regis virtutibus ita praeditus sit atque ornatus, ut omnes in sui admirationem et amorem alliciat, et quod unum omnia Illius animi corporisque bona maxime illustrat, in summa rerum omnium potestate et altissimo illo honoris statu, cum maximo imperio maximam pietatem et Religionis studium conjunxerit, quodque pio quodam et generoso desiderio imprimis ardeat, perpetuos Christianorum hostes Turcas, tamquam alter David Philistaeos, armis victricibus subjugandi. Haec, inquam, cum Sanctissimus Pontifex de Serenitate Sua acceperit, magnam et plane singularem voluptatem cepit, atque ex eo jam tempore ita erga Celsitudinem suam Serenissimam affectus fuit, atque erga charissimum filium, semperque eam occasionem dari sibi optavit, qua paternam suam erga Ejus Serenitatem benevolentiam et propensissimam voluntatem illustri aliquo argumento declarare et testificari posset.

сленными и воинственными, на обширнѣйшемъ просиранствѣ шара земнаго, сколь многія и знаменитыя победы одержалъ Онъ надъ врагами Христианства, сколь великъ и славенъ Онъ и воинскимъ искусствомъ, и мужествомъ на полѣ брани, и мудростию въ управленіи Державы Своей, и великодушіемъ, и всѣми Царскими доблестями, кои, украшая Его, возбуждаютъ общее удивленіе и любовь къ Нему: но, что одно, и всего болѣе, возвышаетъ добрыя качества Его, душевныя и пѣлесныя, конечно есть то, что Его Величество, при всемъ Своемъ могуществѣ, на споль высокой степени Самодержца, съ величіемъ сана Своего соединяетъ примѣрное благочестіе и ревность къ вѣрѣ, и что Онъ, одушевляемый чувствами набожности и мужества, всемерно желаетъ покорить побѣдоноснымъ своимъ оружіемъ всегдашнихъ Христианскихъ враговъ, Турковъ,

какъ впорый Давидъ Филлипианъ. Скажи, повторяю, что когда Святейшему Папѣ все сіе стало извѣстнымъ о Его Величествѣ; то по испианъ, сердце его преисполнилось великою, особенною радостію, и съ того самаго времени, къ Царской Особѣ Его восчувствовалъ онъ такую любовь, какъ бы къ любезнѣйшему своему сыну, и что онъ всегда спарался найлучше благопріятный случай, чтобы изъяснить Его Величеству опеческое свое благоволеніе и преданность, и доказать истину сихъ чувствованій какою либо важною услугою.

Tum illud addes, cum a Serenissimo Imperatore Principum atque Ordinum Imperii Conventus Ratisbonae haberetur, nosque Sanctitas sua, pro sua pastorali sollicitudine, gravissimis de causis, suum et apostolicae sedis Legatum ad Caesarem Majestatem et eundem Conventum mitteret; vehementer ejus Beatitudo eo nuntio

Къ симъ уврєніямъ присовокупи, что во время бывшаго у Святейшаго Императора, въ Регенсбургѣ, Сейма, на которомъ присутствовали Князья и Чины Имперскіе, и на который Его Святейшество, по пасырской заботливости своей, для дѣлъ весьма важныхъ, отпра-

laetata est, quo allatum erat, Serenitatis suae Oratores ad Caesarem Majestatem Ratisbonam pariter venturos. Etenim id tum Sanctitatem suam, tamquam faustum quoddam omen accepisse, quod non sine divinae Providentiae numine, ex remotissimis regionibus, amborum Legati, ad eundem Principem missi, eodem fere tempore unum in locum convenirent.

Jam vero cum Sanctitas sua ex nostris litteris cognovisset, quid Ejus Serenitatis legati Caesari proposuissent, quid nobis etiam per familiarem nostrum renuntiari mandassent, nimirum Principem ipsorum valde cupere, non solum cum Serenissimo Imperatore, sed cum aliis Christianis Principibus,

виль насъ, въ качествѣ Легата своего и преспола апопольскаго, — Его Святѣйшесиво весьма былъ обрадованъ, свѣдавъ, что въ поже самое время, прибыли въ Регенбургъ, къ Императору, и Царскіе Его Величества Послы. Случай сей принявъ Его Святѣйшесивомъ за благопріятное нѣкое предзнаменованіе, попому что, конечно, не безъ особеннаго Божія Промысла, изъ опдаленнѣйшихъ Государствъ, Послы какъ Рускіе, такъ и Римскій, будучи опправлены къ одному Государю, пришли въ одно мѣсто, и въ одно почпи время.

Припомни также и то, что Послы Его Величества, бывшіе у Императора, предлагали Святѣйшему Цесарю, равно и намъ, чрезъ повѣреннаго нашего, поручили объяснить, именно, что Россійскій Государь сильно желаетъ вступишь въ друже

et nominatim cum Summo Pontifice Romano amicitiam et foedus inire; quodque litteras Serenitatis suae, in eandem sententiam scriptas obtulissent, in quibus eximia pietas Serenitatis suae, et fidei zelus, et justa ac plane generosa, erga communem hostem nostrum Turcam, indignatio elucebat; omnia illa Sanctissimo Domino Nostrо pergrata et perjucunda accidisse, demonstrabis.

Etenim cum Sanctitas Sua, Deo ita disponente, illius successor sit, cui a Christo Domino dictum est: *pasce agnos meos, pasce oves meas*, cumque in illa sede resideat, quam Beatissimus Princeps Apostolorum Petrus, Deo auctore, constituit, qui urbem Romam, gentium Dominam et

снвенный союзъ, не только съ Императоромъ, но и съ другими Христіанскими Монархами, особливо съ Верховнымъ Первосвященникомъ Римскимъ, и что грамотны, представленные ими Императору, отъ имени Его Величества, ясно свидѣтельствуютъ, сколь высокое благочестіе имѣетъ Его Величество и ревность къ вѣрѣ, сколь справедливое и истинно геройское пиаетъ Онъ негодование къ общимъ врагамъ нашимъ, Туркамъ. И когда Его Святейшество извѣщенъ былъ о томъ нами; по новымъ сн событіямъ доставили ему особенное удовольствіе и радость.

Извѣстно жебъ, что Его Святейшество, по соизволенію Божию, поставленъ Премникомъ верховнаго Петра, коему Господь Иисусъ Христосъ изрекъ: *паси агны моя, паси овцы моя* *), и посаженъ на престолъ бла-

*) Иоан, 21, 15. 16.

Reginam, unacum Coapostolo suo Paulo, Evangelii praecone, Christo Domino lucratus est, ut quae fuerat discipula erroris, esset magistra veritatis, quam almam Urbem iidem Beatissimi Apostoli sanguine pro Christi nomine effuso, glorioso martyrio consecrarunt, ibique illorum Sancta Corpora et venerandae reliquiae in antiquissimis et religiosissimis templis, ipsorum Apostolorum appellatione Deo dicatis, beata dormitione requiescunt. In ea igitur sede cum Sanctitas sua, tamquam in sublimi quadam specula, a Deo collocata sit, omnes curas et cogitationes suas defixas habet in amplificanda Christiana Religione, et Christianorum Principum animis conciliandis, ut et Sancta Religio propagetur, et hostibus Crucis Christi, qui nos impie oppugnant, facilius resistatur. Semper enim Romanorum Pontificum proprium fuit, paternis suis cohortationibus Magnos Principes et virtute praestantes ad res pulcherrimas, pro Dei gloria et fidei incremento gerendas, excitare, om-

женнѣйшаго сего Апостола, который купно съ Соапостоломъ Павломъ, провозвѣстникомъ Евангелія, содѣлалъ достопаиенъ Хрисповымъ знаменитый Римъ — Главу и обладаателя народовъ, нѣкогда бывшій припомцемъ заблужденій, а нынѣ содѣлавшійся наспавникомъ истины. И сей-по славный градъ блаженные оные Апостолы, освятивъ, пакъ сказавъ, спрданіемъ и кровію своею, за имя Хриспово проліанною, избрали его покоицемъ себѣ, по кончинѣ своей, гдѣ святыя и достопокланяемыя ихъ Мощи, въ древнѣйшихъ храмахъ, во имя ихъ, посвященныхъ Богу, во блаженномъ успеніи почиють. И поелику Его Святыишество, какъ мы сказали, посаженъ Богомъ на семъ высокомъ и священномъ пресполь; по всѣ Его помышленія, всѣ заботы спремяются къ тому единственно, чпобы распроспранить Хриспанскую вѣру, и согласовать

niq̄ue consilio et auxilio commune
bonum promovere.

Atque hoc quidem multis
vetustatis exemplis facile compro-
bare licet, cum omnium lingua-
rum monumentis posteritatis me-
moriae commendatae sint clarissi-
mae in Orientem expeditiones,
pro Sacro-Sancto Jesu Christi Se-
pulchro recuperando. Sed haec
silentio praeterimus, tum quia tibi
homini historico, et in vetustis
annalibus legendis exercitato no-

желанія всѣхъ Христіанскихъ
Государей, дабы чрезъ по-
святаго вѣра паче и паче про-
цвѣтала, а враги Креста Хри-
стова, кои беззаконно на насъ
нападаютъ, общими силами
удобнѣ поражены были. Ибо
Римскіе Первосвященники все-
гда поставляли себѣ въ не-
премѣнную обязанность, опе-
ческими своими увѣщаніями,
Великихъ, Могущественныхъ
Монарховъ возбуждать къ
знаменитымъ подвигамъ, для
славы Божіей и умноженія вѣ-
ры, и содѣйствовать общему
благу, какъ увѣжденіями сво-
ими, такъ и помощію.

Сіе легко можно было бы
доказать многими примѣрами
древности. Въ лѣтописяхъ
всѣхъ народовъ описаны, въ
память попомспиву, славные
оные на воспокъ походы,
для освобожденія святаго
Гроба Христова. Но объ
этомъ мы умолчимъ, по по-
му, что ты самъ, какъ истопо-
рикъ, свѣдущій въ древнихъ

tissima illa esse non dubitamus, ut si usus evenerit, statim in promptu habere possis; tum etiam quia maxime illustris et recentissima ejus rei testificatio exstat ingens, et post hominum memoriam nobilissima, de instructissima Turcarum classe ad insulas Echinadas victoria, Pio V, Sanctitatis suae praedecessore, cujus nomen in benedictione est, sancti illius foederis, secundum Deum, auctore et consorte.

Cum igitur Sanctissimus Dominus Noster, Gregorius XIII, praeclaram Serenissimi Magni Moscovitarum Ducis voluntatem et pietatem perspiceret, seque ab Eo ad amicitiae foedus ultro vocari et invitari animadverteret; sane tanti Principis praestantissimam virtutem, et erga sanctam et apostolicam sedem amorem et observantiam Beatitudo sua obvius ul-

быпописаніяхъ, подробно знаешь оныя провазшесствія, и въ попребномъ случаѣ можешь имѣть ихъ въ виду. Довольно будетъ припомнить здѣсь, во свидѣтельство того, недавнее, знаменитое, безпримѣрное событіе о пораженіи сильнѣйшаго Турецкаго флота, при островахъ Ехинадскихъ (23), которому весьма дѣятельно содѣйствовалъ Предшественникъ Его Святѣйшества, Папа Пій V; и попому имя его и нынѣ благословляется, яко виновника и соучастника священнаго оного союза.

И такъ Святѣйшій Владыка нашъ, Григорій XIII, будучи увѣренъ въ благорасположеніи и любви къ нему Великаго Князя Московскаго, и убѣждаясь опкровеннымъ приглашеніемъ ко вступленію съ Его Величествомъ въ дружественный союзъ, тѣмъ охотнѣе рѣшился приступить къ тому, чѣмъ вы-

nis sese amplectendam putavit; cumque de celeri Oratorum Serenitatis suae in patriam reditu cognosceret, non solum per litteras apostolicas, in forma Brevis (qua formâ Romani Pontifices, cum ad Reges aut etiam ad Imperatorem scribunt, veteri instituto uti solent), sed etiam per certum hominem, Serenitatem suam salutare voluit, ut major amoris et propensionis suae significatio emereret; sed ne qua mora interponeretur, si aliquis ex Urbe, hujus negotii causa, in Moscoviam mitteretur (multis vero de causis longiorem dilationem ea deliberatio requirebat); propterea Sanctitas sua, ne temporis opportunitas elaberetur, ad nos, qui in Germania, loco magis opportuno et minus a Moschovia remoto, Sanctitatis suae Legatum ageremus, quique maturius omnia expedire, et cum Serenissimo Imperatore, quae in rem essent, facilius communicare possemus, rem omnem rejecit, et tum quid a nobis fieri, et quid per eum, qui in Moscoviam iturus esset, Sanctitas sua

ше дѣланы онъ и отличныя качества Монарха, споль знаменитого, и Его преданность и уваженіе къ святому престолу апостольскому. И какъ скоро Его Святейшество съдалъ, что Царскіе Послы онправились уже обратно, въ свое опечество; то желая доказать Его Величеству особенную любовь свою и добротство, соизволилъ, не только послать къ Нему апостольскую Грамоту свою (въ такой почто формѣ, какая обыкновенно соблюдается, съ давняго времени, въ письменныхъ сношеніяхъ Римскихъ Первосвященниковъ съ Королями и самимъ Императоромъ), но вмѣстѣ съ нѣмъ, и чрезъ нарочнаго посланца, изъяснить Его Величеству дружественное привѣщаніе. А чпобъ не послѣдовало въ семь дѣлъ медленности, если бы ршено было отправить Пискаго Посла въ Москву, изъ Рима (по многимъ же причинамъ, снаряженіе сего посольства

tractari vellet, nobis diligenter perscripsit.

конечно потребовало бы дальнѣйшаго промедленія): посему Святейшій Отецъ, желая воспользоваться благопріятнымъ случаемъ, возложилъ все дѣло сіе на насъ. Ибо мы, по званію Легата Его Святейшества, пребывая въ Германіи, въ мѣспѣ не слишкомъ отдаленномъ отъ Москвы и удобномъ для сношеній, тѣмъ успѣшнѣе можемъ дѣйствовать, и въ потребномъ случаѣ имѣть совѣщанія съ самимъ Святейшимъ Императоромъ. Въспѣвъ съ тѣмъ, Его Святейшество подробно изложилъ въ повелѣніи своемъ, какъ надлежитъ поступить намъ въ семъ дѣлѣ, равно и о томъ, съ какими предложеніями угодно ему опривити. Посла своего въ Москву.

Sic igitur cum Serenitate sua ages, ut quod ad hanc tuam itionem attinet, sibi persuadeat, Sanctitatem suam nunc quidem tamquam primum conjunctionis et

А ты, съ своей стороны, въ отношеніи къ Государю, такъ поступиай, что бы увѣрить Его Величество, что Святейшій Отецъ, чрезъ

necessitudinis aditum patefacere voluisse; quod si Serenitas sua pari studio mutuisque officiis, ut plane confidimus, Sanctitati suae responderit, atque amatissimi parentis curam et sollicitudinem grato animo et optimi filii obsequio exceperit; non est dubitandum, quin caetera deinceps perfectius omnibusque numeris absolutius praestentur. Tu ergo in hanc curam omni diligentia incumbes; ut inter Sanctissimum Dominum Nostrum, et Serenissimum Magnum Ducem illum, quanta maxima fieri poterit benevolentia, et animorum et voluntatum consensio existat; efficiasque, ut intelligat, Sanctitatis suae, ipsiusque apostolicae sedis, et Sanctae Romanae Ecclesiae amicitiam et societatem Serenitati suae omni tempore utilem et honorificam fore, ut merito Ipsi ab ejus Sanctitate omnia illa sint expectanda, quaecumque ad Ejus dignitatem et amplitudinem augendam Sanctitati suae praestare cum Domino licebit. Notum enim est, non paucos Principes, virtutis et

посольство пвое, нымъ, въ первыйъ еще разъ, пожелалъ открыть себѣ доступъ къ союзу и пѣсной съ Нимъ дружбѣ; что если и Онъ, какъ мы надѣемся, будетъ соопвѣтствовать Его Святейшему спиву взаимнымъ благорасположеніемъ и услугами, и какъ добрый сынъ, приметъ съ признательностію и покорностію такую заботливостъ попечительнаго, нѣжнѣйшаго Опца; тогда, безъ сомнѣнія, и все прочее рѣшится окончательнаго, и самымъ удовлетворительнымъ для Него образомъ. Следовательно путь-по надлежитъ тебѣ употребить все стараніе и всю рачительностъ свою, чтобы возбудить въ сердцахъ Великаго Князя совершенную довѣренностъ къ Его Святейшему спиву, и чрезъ то положить основаніе взаимному, искреннему дружеству между ними. Внуши, что дружба и союзъ съ Святейшимъ Опцемъ и апоспольскимъ

religionis ergo, a Romano Pontifice, propter summam in terris pastoralis officii auctoritatem, amplissimis titulis ornatos, et regio nomine atque ornamentis decoratos fuisse, ut Poloniae et Ungariae Reges, aliosque complures, quos commemorare longum est;

его престоломъ, и святою Римскою Церковію, во всякое время, будучь весьма полезны и славны для Его Величества, и что Онъ погда въ правѣ будетъ ожидать отъ Его Святейшества всѣхъ тѣхъ отличій, которыя могутъ возвысить достоинство и санъ Его, и кои Св. Опець конечно не откажется предославить Ему въ полной мѣрѣ. Ибо извѣстно, что Римскіе Первосвященники, по правамъ высочайшей паспырской власти своей на землѣ (24), даровали многимъ Государямъ, за добродѣтели и ревность ихъ къ вѣрѣ, высокій санъ, шишулы Королевскіе, и знаки царственныхъ почестей, на примѣръ, Государямъ Польскимъ, Венгерскимъ и другимъ, которыхъ исчислять здѣсь было бы слишкомъ продолжительно.

Sed quoniam ad eam benevolentiam et animorum consociationem, de qua loquimur, concii-

Но поелику ничто столько не можетъ содѣйствовать къ пріобрѣтенію взаимнаго

handam, nihil utilius esse potest, quam si unum corpus et unus spiritus omnes simus, ut in charitate radicati et fundati, servemus unitatem spiritus in vinculo pacis: idcirco in eo potissimum elaborandum tibi est, ut Magnum illum Ducem de iis, quae ad Religionis concordiam pertinent, studiosissime admoneas: id enim, ut dicebamus, Sanctissimo Domino nostro imprimis propositum est, qui pro suo pastoralis officio, omnium Ecclesiarum sollicitudinem gerit, qui nulla de re magis aut frequentius cogitat, quam de animis Christo Domino lucrandis, omnibusque, qui in Cruce Domini nostri Jesu Christi gloriantur, in unius fidei unitatem et integritatem congregandis, ut per totum orbem terrarum, omnes, unanimes, eadem fidei confessione, glorificemus Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi, et quod unum Saluatori nostro Deo gratissimum est, qui propterea de sinu Patris in terram descendit, et in hac lacrymarum valle peregrinatus est, et Cruci suffixus,

благорасположенія и содружества, какъ соединеніе всѣхъ насъ во едино плѣмо и единъ духъ, когда мы, будучи проникнуты, такъ скажемъ; любовью, сохраняемъ единство духа въ союзъ мира: посему предстоить тебѣ трудъ, весьма важный, со всею силою убѣжденія, изобразить Великому Князю, сколь необходимо единомысліе въ дѣлахъ вѣры. И сіе составляетъ, какъ мы сказали, предметъ всѣхъ помышлений Святейшаго Владыки нашего, который, по пастырской обязанности, печется о благе Вселенской Церкви, и составляетъ для себя главною, всегдашнею заботою, составлять достоинствомъ Христовымъ человѣчскія души, и собрать въ сословіе единой и чистой вѣры всѣхъ, хвалящихся о Крестѣ Господа нашего Иисуса Христа, да тако на всемъ шарѣ земномъ, всѣ народы, единодушно и единоувѣрно прославляютъ Бога

acerbissimam mortem pertulit, ut oves dispersas congregaret in unum, et illud, inquam, re ipsa efficiatur, ut sit unum ovile, et unus Pastor. Talem enim Christus Dominus, Redemptor, Magister et Legislator noster, in terris Ecclesiae formam instituit pulcherrimam et praestantissimam, et illi coelesti Jerusalem simillimam. Nam sicuti unus est Deus, una fides, et una Ecclesia Sancta Catholica et Apostolica; ita unus Ecclesiae Pastor est, qui Christi, aeterni animarum nostrarum Pastoris, vices in terris gerit. Hic autem est Romanus Pontifex, Beatissimi Apostolorum Principis Petri successor, cujus summam in Ecclesia Dei auctoritatem omnis ab ipsa nascentis Ecclesiae primordio antiquitas agnovit, et universa posteritas perpetuo consensu comprobavit,

